



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem
Divi Thomae. Tomi Qvinque**

Mysteria Vitæ Christi, Et Utrivsqve Adventvs Eivs Accurata Disputatione Ita
complectens, vt & Scholasticæ doctrinæ studiosis, & Diuini verbi
Concionatoribus vsui esse poßit

Suárez, Francisco

Moguntiaë, M.DC.XVI.

2 V. Baptismi Ioannis debuerit baptizari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94022)

3. Præterea, Primum mouens in qualibet genere est immobile secundum illum motum: sicut calum quod est primum alterans, non est alterabile. Sed Christus est primum baptizans, secundum illud Ioannis 1. Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem, hic est qui baptizat. Ergo ipse non deest baptizari.

Sed contra est, quod dicitur Matthæi 3. quod venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo.

Lib. 2 in
Luc. c. ult.
in prin. 10. 5

Respondetur dicendum, quod conueniens fuit, Christum baptizari. Primum quidem, quia ut Ambrosius dicit super Lucam Baptizatus est Dominus, non mundari volens, sed mundare aquas, ut abluta carnem Christi, qua peccatum non cognouit, baptismatis vim haberent: & ut sanctificatas aquas relinqueret postmodum baptizandis, sicut Chrysostomus dicit super Matthæum. Secundo, quia sicut Chrysostomus dicit super Matthæum, quamuis ipse non esset peccator, tamen naturam suscepit peccatricem, & similitudinem carnis peccati, propterea, etsi pro se baptismate non indigebat, tamen in alijs, carnalis natura opus habebat. Et sicut Gregorius Nazianzus dicit, Baptizatus est Christus, ut totum veteranum Adam immergat aqua. Tertio baptizari voluit, sicut Augustinus dicit in sermone de Epiphania: quia voluit facere quod faciendum omnibus imperauit. Et hoc est quod ipse dicit: Sic decet nos implere omnem iustitiam. Ut enim Ambrosius dicit super Lucam. Hæc est iustitia, ut quod alterum facere velis, prior ipse incipias, & tuo alios horreis exemplo.

Hom. 4. in
oper. imper-
fecto non re-
mote à prin-
tom. 2.

In orat. in
Sancta Lu-
mina à me-
dio tom. 5.

Li. 2 in Lu-
c. art. à me-
dio tom. 5.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus non fuit baptizatus, ut ablueretur, sed ut ablueret, sicut dictum est.

In corp.

Ad secundum dicendum, quod Christus non solum debet implere ea, quæ erant veteris legis, sed etiam inchoare ea, quæ sunt nouæ legis. Et ideo non solum voluit circumcidi, sed etiam baptizari.

Ad tertium dicendum, quod Christus est primum baptizans spiritualiter: & sic non est baptizatus, sed solum in aqua.

Titulus huius articuli generatim de baptismis intelligendus est, abstrahendo à baptismo Christi, vel Ioannis. Nam in articulo sequenti inquit Diuus Thomas, qua specie baptismi oportuerit baptizari Christum. Et ideo ut rationes, propter quas id fuit expediens, melius explicemus, commodius erit utrumque simul Articulum interpretari.

ARTICVLVS II.

Utrum Christus baptismis Ioannis debuerit baptizari.



Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod Christus non debuerit baptizari baptismis Ioannis. Baptismus enim Ioannis fuit baptismus penitentiae. Sed penitentia Christo non conuenit, quia nullum habuit peccatum. Ergo videtur, quod non debuerit baptizari baptismis Ioannis.

Hom. 12. in
Matth. non
longe à me-
dio tom. 2.

2. Præterea, Baptismus Ioannis, sicut dicit Chrysostomus, medium fuit inter baptismum Iudeorum, & Christi baptismum. Sed medium sapit naturam extremorum. Cum ergo Christus non fuerit baptizatus baptismate legali, nec etiam baptismate suo: videtur, quod pari ratione baptismate Ioannis baptizari non debuerit.

3. Præterea, Omne quod in rebus humanis est optimum, debet attribui Christo. Sed baptismus Ioannis non tenet supremum locum inter baptismata. Ergo non conuenit Christo baptizari baptismis Ioannis.

Sed contra est, quod dicitur Matthæi 3. quod venit Iesus in Iordanem, ut baptizaretur à Ioanne.

Respondetur dicendum, quod sicut dicit Augustinus super Ioannem baptizatus Dominus baptizabat, non eo baptismate, quo baptizatus est. Vnde cum ipse baptizaret baptismis proprio, consequens est, quod non fuerit baptizatus suo baptismate, sed baptismate Ioannis. Et hoc fuit conueniens, primo quidem propter conditionem baptismi Ioannis, qui non baptizauit in Spiritu, sed solum in aqua: Christus autem spirituali baptismate non indigebat, qui à principio suæ conceptionis gratia Spiritus Sancti repletus fuit, ut patet ex dictis, & hæc est ratio Chrysostomi. Secundo: ut Beda dicit, baptizatus est baptismis Ioannis, ut baptismis suo baptismum Ioannis comprobaret. Tertio, sicut Gregorius Nazianzus dicit: Accedit Christus ad baptismum Ioannis, sanctificaturus baptismum.

Traff. 13 in
Ioan. ali-
quantulum
aprim 10. 9.

Beda Mar-
ti. circa
prin. c. 4.

Nazian. in
ora in sanct.
luminis à
med.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut supra dictum est, Christus baptizari voluit, ut nos suo exemplo induceret ad baptismum. Et ideo ad hoc, quod esset efficax eius inductio, voluit baptizari baptismis, quo manifeste non indigebat, ut homines ad baptismum accederent, quo indigebant. Vnde Ambrosius dicit super Lucam. Nemo refugiat lacrimarum gratia, quando Christus lacrimarum penitentiae non e-
refugit.

art. prac.
Caietan.

lib. 2. in Ioh.
c. ult. à me-
dio tom. 5.

Ad secundum dicendum, quod baptismus Iudeorum in lege præceptus, erat solum figuralis: baptismus autem Ioannis aliquid erat realis, in quantum inducebat homines ad abstinendum à peccatis: baptismus autem Christi habet efficaciam mundandi à peccato, & gratiam conferendi. Christus autem neque indigebat percipere remissionem peccatorum, quæ in eo non erant: neque recipere gratiam, quæ plenius erat: similiter etiam cum ipse sit veritas, non compete-
bat ei, id quod in sola figura gerebatur. Et ideo magis congruum fuit, quod baptizaretur baptismis medio, quam aliquo extremorum.

Ad tertium, dicendum, quod baptismus est quoddam spiritualiter remedium. Quanto autem aliquid est magis perfectum, tanto minori remedio indiget. Vnde ex hoc ipso, quod Christus est maxime perfectus, conueniens fuit, quod non baptizaretur perfectissimo baptismis: sicut ille qui est sanus, non indiget efficaci medicina.

COMMENTARIVS.

Quamuis D. Thomas simplicem, seu affirmatiuum tantum questionem proponat, mens tamen ipsius fuit exclusiuam tractare questionem, an scilicet debuerit solo baptismate Ioannis baptizari. Vnde ex his duobus articulis tres assertiones colligi possunt.

Prima est, conueniens fuisse Christum baptizari baptismate Ioannis. In qua alia generalis conclusio continetur, scilicet fuisse conueniens aliquo baptismis baptizari. Huius assertionis varias adducit rationes D. Thom. Prima, ut suo baptismis mundaret, & sanctificaret aquas, vimque regenerandi illis conferret. Hæc est in 1. arti. & 3. in 2. quam eisdem ferè terminis habent Gregorius Nazianzus, oratione in sancta lumina, quæ est 39. Hilarius canone 2. in Matthæum. Chrysostomus homil. 10. in Matthæum. Ambr. serm. 4. Epiph. & lib. 2. in Lucam, cap. ult. Hieronymus Mat. 3. Aug. serm. 1. Epiph. & sermo. 1. dominicæ, infra Oct. Epiph. & serm. 2. addit. Vt noui baptismatis constituat sacramentum. Vbi indicat, Christum recipiendo baptismum Ioannis, instituisse suum. Quia (ut suo loco latius dicendum) tunc veluti destinauit aquas ad sacramentale ministerium. Et eodem modo intelligendum est sanctificasse illas, aut dedisse eis virtutem, non imprimendo qualitatem aliquam, sed per extrinsecam denominationem, seu deputa-
tionem. Eodem modo explicanda est illa vox mundaret, quæ metaphoricè hic usurpatur, eamque ma-
gis

Baptismus
Ioannis ba-
ptizari con-
uenit.

Greg. Naz.
Hilar.
Chrysost.

Ambr.
Hierony.
August.

Aug.

Matth.
Berna.
Greg.

gis explicans Aug. lib. 3. de mirabilibus scriptu. cap. 5. Ad baptismum (inquit) descendit, ut aquas, quas in delicto Adæ Deus non maledixerat, terra tamen, quæ continebantur, maledictione infectas purgaret.

Greg. Naz.
Damas.

Secunda ratio in primo artic. est, ut suo baptismo nobis proficeret: Ipse enim baptismo non indigebat, quod Nazian. sup. dixit, quem Damascen. imitatur, lib. 4. cap. 10. ut veterem Adam in aquis sepeliret, quod potest exponi, vel secundum representationem, quia illo baptismo significatū est, totam humanam naturam in Christo, & per Christum à peccatis abluendam: vel secundum valorem, & meritum, quia per illum humilitatis actū, meruit Christus, ut hominis peccatum deleteretur, in aquisque sepeliretur. Vel secundum institutionem, quia suo baptismo dedit Christus aquis virtutem ad lauandum, acque mundandum veterem Adam. Et hoc ultimo sensu hæc ratio cum prima coïncidit.

August.

Ambros.

Greg. Naz.

August.

August.

Matt. 3.

Bernard.

Greg. Naz.

Tertia ratio in primo artic. est. Quia decuit Christus prius exequi, quod faciendum omnibus imperabat. Quam rationem refert D. Thom. ex Aug. serm. de epiphania. Nam in primo sic ait: Quod facere nos voluit, prior ipse fecit, videtur tamen difficilis, quia si quid probat, illud est, oportuisse scilicet baptizari Christum suo baptismo, non Ioannis, quia non hunc, sed illum præcepit. Hanc vero difficultatem veluti explicans August. tra. 5. in Ioann. sic ait: *Authoritatem d. re baptismi suo hinc dignatus est, ut cognoscerent serui sui, quanta a lacrimis deberent currere ad baptismum Domini, quando ipse dignatus est, accipere baptismum serui, & infra, accipiens ut, quod inferius erat ab inferiori ad id, quod superius erat, hortaretur inferiorem, similia habet libro 4. de baptis. cap. 22. & lib. 3. de mirabilibus Scripturæ, cap. 3. & eodem modo dixit Ambros. libro 2. in Lucam prope finem. Quid enim tam diuinum ad populos prouocandos, quam ut nemo refugit lauacrum gratiæ, quando Christus lauacrum penitentiæ non refugit? nemo se dicat ex tunc esse peccati, quando Christus venit ad remedium peccatorum. Ad hanc etiam modum accipiendum est, quod ait Nazian. oratione 40. tres scilicet esse hominis naturitates, per generationem, per baptismum, per resurrectionem, quas Christus honorauit nascendo, resurgendo, & baptismum recipiendo. Hoc enim necesse est intelligi de baptismo secundum externam ablutionem, non vero secundum propriam rationem & ritum nostri baptismi. Et eodem modo exponenda sunt verba August. lib. quæst. noui Testament. q. 49. Dignum erat, ut ipse exemplo fieri futuris filiis Dei, qui per baptismum filios Dei fieri debebat, & qui credentibus Spiritum sanctum à Deo dari promittebat, debuit istud in semetipso visibiliter demonstrare. Et infra: *Homini causam suscipiens, & per regenerationem filios Dei fieri docens baptizari debuit, ut in se hoc ostenderet ratum.**

Quarta ratio ex art. 2. est. Christum fuisse baptizatum, ut Ioannis baptismum comprobaret, sicut circumcisus est, ut circumcisionem bonam esse exemplo suo ostenderet. Quam rationem attigit Chrysost. hom. 4. imperfecti, & Beda Mar. 1. & explicari amplius potest. Nam cum Christus esset statim baptismum suum instituturus, ne videretur baptismum Ioannis, tanquam malum abiicere, alium loco eius introducendum, decuit illum prius accipere.

Quinta ratio adiungi potest ex August. in Enchirid. cap. 49. dicente: *In qua voluit baptizari à Ioanne, non ut iniquitas eius dilueretur: sed ut magna commendaretur humilitas, & ser. 63. de verbis Domini, Hoc fecit ad humilitatis exemplum, in ipsa quippe humilitate ostendit impleri iustitiam.* Alludens ad verba Christi Matt. 3. *Sine modo, si enim de. t. nos implere omnem iustitiam.* Similia habet tract. 5. & 13. in Ioan. & lib. 4. de baptis. c. 22. & Bern. serm. 4. de Epiph.

Sexta, quæ præcedentem magis explicat, sumitur ex Nazian. oratio. 39. dicente, *Christus baptizatus est ante suæ predicationis initium, ut ea res nobis documento* Fr. Suarez. Tom. 2.

A esset, purgationem, animique submissionem prius adhibendam esse, nec concionandi prouinciam ante suscipi debere: quam ad spiritualis, & corporeæ atatis perfectionem ventum fuerit.

August.

Septima addi potest ex eodem Nazian. ibi, baptismum esse Christum, ut suum baptismum sanctificaret, id est, ut ampliori sanctitate illuminaret.

Octaua adiungi potest ex Aug. lib. 3. de mirabilibus scripturæ. c. 5. vbi inquit, Christum esse baptizatum, ut se demoni occultaret existimanti illum ad baptismum accessisse tanquam lauacri, & purgationis indignum. Dices id non potuisse fieri sine mendacio, quia illud erat signum peccatoris, & indigentis penitentia. Respondetur sepe in superioribus expectatam esse objectionem similem. Nam opera, quæ per se bona sunt, fieri possunt propter suam honestatem sine animo significandi aliquid falsum, quamuis futurum forte sit, ut alio occasione deceptionis inde accipiant. Addi vero potest, Christum propter se non indignum penitentia: tamen propter nos debuisset satisfacere, & humilitatis opera exercere, & hoc potuisse illo facto significari.

Obiectio.

Responsio.

Secunda assertio D. Thomæ est, non oportuisse Christum baptizari suo baptismo. Quam conclusionem notandam censeo propter huius temporis hæreticos. Qui ea potissimum ratione probant, Ioannis baptismum eundem fuisse cum baptismum Christi, quoniam Christus solo vno baptismo baptizatus fuit, constat autem illum fuisse baptismum Ioannis. Decuit autem (inquiunt) ut suum baptismum ipse reciperet. Tum propter magnum fidelium solatium. Tum etiam, quia per baptismum efficiuntur vnum corpus (ut dicitur 1. ad Corinth. 12.) D. Thom. igitur veluti his hæreticis occurrens negat, decuisse Christum proprium baptismum suscipere: cuius rei nonnullas reddit rationes. Primam insinuat artic. 1. ad 3. *Quia Christus fuit primum baptizans spiritualiter ac si diceret. Christum esse principium nostri baptismi in superiori ordine existens, & ideo ad hoc significandum decuisse, ut ipse non subderetur baptismum, quod instituebat. Quæ ratio explicanda est ex ijs, quæ tradit D. Thom. supra q. 63. artic. 5. & 6. vbi probat, in Christo non esse characterem, quia in eo est plenitudo potestatis, & sacerdotij, cuius character solum est participatio quædam. Sic enim in præfenti, cum per baptismum Christi imprimatur character baptismalis, qui est proprium inferiorum militum insignis, non oportuit illo insigniri supremum ducem. Secunda ratio ex 2. artic. est, quia baptismus Christi est non tantum in aqua: sed etiam in spiritu (est enim regeneratio spiritualis) ne igitur videretur Christus indigere tali regeneratione non oportuit illum baptismum suscipere. Quæ ratio non habuit locum in baptismum Ioannis, qui tantum erat in aqua. Tertia ratio ex solut. ad 2. & 3. in eodem artic. est, quia baptismus Christi est spirituale remedium: Christus autem, cum esset perfectissimus, remedium non indiguit. Ut hoc igitur significaretur, non oportuit suo lauacri baptismate. De qua re commode dicemus infra in fine totius quæstion. disputatio. 27. *sum baptismum baptizari cur non decens.**

Christum baptizari suo baptismo. Quam conclusionem notandam censeo propter huius temporis hæreticos. Qui ea potissimum ratione probant, Ioannis baptismum eundem fuisse cum baptismum Christi, quoniam Christus solo vno baptismo baptizatus fuit, constat autem illum fuisse baptismum Ioannis. Decuit autem (inquiunt) ut suum baptismum ipse reciperet. Tum propter magnum fidelium solatium. Tum etiam, quia per baptismum efficiuntur vnum corpus (ut dicitur 1. ad Corinth. 12.) D. Thom. igitur veluti his hæreticis occurrens negat, decuisse Christum proprium baptismum suscipere: cuius rei nonnullas reddit rationes. Primam insinuat artic. 1. ad 3. *Quia Christus fuit primum baptizans spiritualiter ac si diceret. Christum esse principium nostri baptismi in superiori ordine existens, & ideo ad hoc significandum decuisse, ut ipse non subderetur baptismum, quod instituebat. Quæ ratio explicanda est ex ijs, quæ tradit D. Thom. supra q. 63. artic. 5. & 6. vbi probat, in Christo non esse characterem, quia in eo est plenitudo potestatis, & sacerdotij, cuius character solum est participatio quædam. Sic enim in præfenti, cum per baptismum Christi imprimatur character baptismalis, qui est proprium inferiorum militum insignis, non oportuit illo insigniri supremum ducem. Secunda ratio ex 2. artic. est, quia baptismus Christi est non tantum in aqua: sed etiam in spiritu (est enim regeneratio spiritualis) ne igitur videretur Christus indigere tali regeneratione non oportuit illum baptismum suscipere. Quæ ratio non habuit locum in baptismum Ioannis, qui tantum erat in aqua. Tertia ratio ex solut. ad 2. & 3. in eodem artic. est, quia baptismus Christi est spirituale remedium: Christus autem, cum esset perfectissimus, remedium non indiguit. Ut hoc igitur significaretur, non oportuit suo lauacri baptismate. De qua re commode dicemus infra in fine totius quæstion. disputatio. 27. *sum baptismum baptizari cur non decens.**

Tertia assertio D. Tho. est, non oportuisse Christum baptizari aliquo baptismo de legali, seu veteris legis. Hanc habet D. Tho. artic. 2. ad 2. & solum eam probat, quia ille baptismus erat tantum figura, cum autem Christus esset veritas, non competeat ei (inquit) quod in sola figura gerebatur. Quæ ratio videtur nimium probare, alioquin neque circumcisionem debuisset Christus assumere, neque alias caeremonias legales exercere, quia omnia in figura contingebant illi. Quocirca hæc ratio D. Thom. solum probat in illis baptismatibus veteribus secundum se consideratis non fuisse sufficientem rationem, propter quam eis Christus vteretur, & ideo, cum in illis non inueniatur peculiaris ratio, quæ in circumcisi-

ne, &

X

ne, & alijs similibus reperta est, verisimile esse Christum non fuisse illis usum. Adde præterea baptis-
ma illa legalia non potuisse ab omnibus proprio ar-
bitrio exerceri, sed ad aliquam purificationem ab
immunditijs legalibus. Quia ergo Christus nulla pu-
rificatione indiguit, neq; immunditiam legale con-
traxit, idcirco necesse non fuit, illis baptis-
matibus uti.

ARTICVLVS III.

*Utrum Christus conuenienti tempore fuerit bap-
tizatus.*

216.
4 d. 4. q. 2.
art. 1 q. 2. 1.
d. 4. 4. in
prin. exposi-
tionis litera.



Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod
non conuenienti tempore Christus fuerit
baptizatus. Ad hoc enim Christus bap-
tizatus est, ut suo exemplo alios ad bap-
tismum prouocaret. Sed fideles Christi lau-
dabiliter baptizantur, non solum ante trigessimum annum,
sed in infantili etate. Ergo videtur, quod Christus non debue-
rit baptizari in etate triginta annorum.

2. Præterea Christus non legitur docuisse, vel miracula
fecisse ante baptismum. Sed vtilius fuisset mundo, si priori
tempore docuisset, incipiens a vicesimo anno, vel etiam prius.
Ergo videtur, quod Christus, qui pro vtilitate hominum ve-
nerat, ante trigessimum annum debuerit baptizari.

3. Præterea, iudicium sapientie diuinitus infuse, maxime
debeuit manifestari in Christo. Est autem manifestatum in
Daniele tempore sue pueritiæ: secundum illud Daniel 13. Su-
scitauit Dominus spiritum pueri iunioris, cuius nomen Da-
niel, ergo multo magis Christus in sua pueritia debuit ba-
ptizari, & docere.

4. Præterea, Baptismus Ioannis ordinatur ad baptismum
Christi, sicut ad finem. Sed finis est prior in intentione, &
posterior in executione, ergo vel Christus debuit primus à
Ioanne baptizari, vel vltimus.

Sed contra est, quod dicitur Luc. 3. Factum est, cum ba-
ptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato, & orante: &
infra. Et ipse Iesus erat in ipiens quasi annorum triginta.

Respondeo dicendum, quod Christus conuenienter fuit in
trigesimo anno baptizatus. Primo quidem, quia Christus bap-
tizabatur quasi tunc incipiens docere, & predicare. Ad quod
requiritur perfecta etas: quæ est triginta annorum. Vnde
legitur Genes. 41. quod triginta annorum erat Ioseph, quan-
do accepit regimen Ægypti. Similiter etiam 2. Reg. legitur de
Dauid, quod triginta annorum erat, cum regnare cepisset.
Ezechiel etiam in trigesimo anno cepit prophetizare, ut ha-
beretur Ezech. 1. Secundo, quia sicut Chrysost. dicit super
Matth. futurum erat, ut post baptismum Christi lex cessare
inciperet. Et ideo hac etate Christus ad baptismum venit,
quæ post omnia peccata suscipere, ut lege seruata nullus dicat,
quod ideo eam soluit, quia implere non potuit. Tercio, quia
per hoc, quod Christus in etate perfecta baptizatur, datur
intelligi, quod baptismus pari. viros perfectos, secundum illud
Ephes. 4. donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agni-
tionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram etatis ple-
nitudinis Christi. Vnde & ipsa proprietas numeri ad hoc per-
tinere videtur: confurgit enim trigenuus numerus ex ductu
ternarij in denarium. Per ternarium autem, intelligitur fides
Trinitatis, per denarium autem impletio mandatorum legis,
& in his duobus perfectio vite Christiane consistit.

In oratio. in
Epiphani.
Lumina
post med.

Eodem loco.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut Gregor. Nazian-
zen. dicit, Christus non est baptizatus, quasi indigeret pur-
gatione, nec quod aliquod illi immineret periculum differen-
di baptismum, sed cuius alij non in paruum redundat pericu-
lum, si exeat ex hac vita non indutus veste incorruptionis,
scilicet gratia. Et licet bonum sit post baptismum baptis-
mum munditiam custodire, potius tamen est (ut ipse dicit) inter-
dum paulisper maculari, quam gratia omnino carere.

Ad secundum dicendum, quod vtilitas, quæ à Christo
prouenit hominibus, præcipue est per fidem, & humilitatem;
ad quorum virumque valet, quod Christus in pueritia, vel
adulescentia non cepit docere, sed in perfecta etate: ad fidem
quidem, quia per hoc apparet in eo vera natura humanitatis,
quod per temporum incrementa corporaliter profecit: & ne
huiusmodi profectus putaretur esse phantasticus, noluit sa-
pientiam suam, vel virtutem manifestare ante perfectam
corporis etatem: ad humilitatem vero, ne ante perfectam etatem
aliqui presumptuose prelationis gradum, & docendi
officium assumat.

Ad tertium dicendum, quod Christus proponebatur ho-
minibus in exemplum omnium, & ideo oportuit in eo ostendi
id, quod competit omnibus secundum legem communem: ut
scilicet in etate perfecta doceret. Sed sicut Greg. Nazianzen. dicit,
non est lex communis, quod raro contingit, sicut nec vna hi-
rundo ver facit. Aliquibus enim ex quadam speciali dispensa-
tione secundum Diuinæ sapientie ordinem, & rationem, con-
cessum est præter legem communem, ut ante perfectam etatem
officium vel presidendi, vel docendi haberent: si ut Salo-
mon, Daniel, & Hieremias.

Ad quartum dicendum, quod Christus nec primus, nec vlti-
mus debuit à Ioanne baptizari: quia ut Chrysost. dicit super
Matth. Christus ad hoc baptizabatur, ut confirmaret prædi-
cationem, & baptismum Ioannis: & ut testimonium accipe-
ret à Ioanne. Non autem creditum fuisset testimonio Ioannis,
nisi postquam fuerint multi baptizati ab ipso. Et ideo non
debeuit primus à Ioanne baptizari. Similiter etiam nec vlti-
mus: quia (sicut ipse ibidem subdit) sicut lux solis non expe-
ctat occasum Luciferi: sed eo procedente egreditur, & suo lu-
mine obscurat illius candorem: si & Christus non expectauit,
ut cursum suum Ioannes impleteret, sed adhuc eo docente, &
baptizante, apparuit.

ARTICVLVS IV.

Utrum Christus debuerit in Iordane baptizari.



Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod Chri-
stus non debuerit baptizari in Iordane. Veritas
enim debet respondere figuræ. Sed figuræ baptismi
præcessit in transitu maris Rubri: ubi Ægyptij
sunt submersi, sicut peccata delentur in baptismo. Ergo vide-
tur, quod Christus magis debuerit baptizari in mari Rubro,
quam in flumine Iordanis.

2. Præterea, Iordanis interpretatur descensus. Sed per ba-
ptismum aliquis ascendit magis, quam descendat. Vnde etiam
Matth. 3. dicitur, quod baptizatus Iesus confestim ascendit
de aqua. Ergo videtur inconueniens fuisse, quod Christus in
Iordane baptizaretur.

3. Præterea, Transcuntibus filiis Israel, aqua Iordanis
conuersa sunt retrorsum, ut legitur Iosue. 4. & sicut etiam in
Psal. 113. dicitur. Sed illi, qui baptizantur, non retrorsum, sed
in antea progrediuntur. Non ergo fuit conueniens, quod
Christus in Iordane baptizaretur.

Sed contra est, quod dicitur Marc. 1. quod baptizatus est
Iesus à Ioanne in Iordane.

Respondeo dicendum, quod flumini Iordanis fuit, per quem
filijs Israel in terram promissionis intrauerunt. Hoc autem ha-
bet baptismus Christi, speciale præ omnibus baptis-
matibus, quod introducit in regnum Dei: quod per tertiam promissionis
significatur. Vnde dicitur Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex
aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.
Ad quod etiam pertinet, quod Helias diuisit aquas Iordanis,
quando erat in curru igneo rapiendus in celum, ut dicitur 4.
Reg. 2. quia scilicet transcuntibus per aquam baptismi, per i-
gnem Spiritus Sancti patet aditus in celum. Et ideo conue-
niens fuit, ut Christus in Iordane baptizaretur.

Ad pri-